

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paciencia au
cum fontibus primis

Tarentius,

intuens uillicum suum
male meritum, sumpsissem,
inquit, supplicium nisi tibi
iratus essem. Maluit enim
impunitum relinquere quam per iram
iusto amplius punire, nimis liberalis
Tarenti Archite moderatio

quia alium quem potius castigaret
inuenerat, id est seipsum.

Valerius ibidem (de memorabilis dictis)
libro III.

Tarentinus

Archytas, dum se Pythagorae praeceptis
Metaponti penitus immergit, magno
labore longoque tempore solidum opus
doctrinae complexus, postquam in
patriam reuertit ac rura sua reuisere
coepit, animaduertit negligentia
uillici corrupta et perdita, intuensque
male meritum 'sumpsissem'
inquit 'a te supplicium, nisi tibi
iratus essem': maluit enim
impunitum dimittere quam propter iram
iusto grauius punire. Nimis liberalis
Archytae moderatio,
temperatior Platonis; nam cum aduersus
delictum serui uehementius exarsisset,
ueritus ne ipse uindictae modum
dispicere non posset, Speusippo amico
castigationis arbitrium mandauit,
deforme sibi futurum existimans si
commisisset ut parem reprehensionem
culpa serui et animaduersio Platonis
mereretur.

Valerius Maximus, *Facta et dicta*
memorabilia, 4.1.ext.1-2 (J. Briscoe ed.,
pp.233-4, ll.220-234).

Velut stupens gestum illum saeuitori
deformem sapienti uiro seruabat,
oblitus iam serui,
quia alium quem potius castigaret
inuenerat.

Lucius Annaeus Seneca, *De ira*, 3.1.6
(L.D. Reynolds ed., p.104, ll.15-17).